humus autem neceſſario hodie inſtituendus eſt; Qui ſi plane præteritus fuerit, natus teſtamentum rumpit *pr. inſt, Quib. mod. teſtam. infirm. l. 2. C. de Poſthum. hered. Inſt. l. fin. inf. C. de Inſt. & Subſtit.* quia nativitas ejus facit teſtamento ſuam deeſſe ſolennitatem, eo quod inveniatur ſuus, nec inſtitutus, nec exheredatus conf. Coll. Arg. *L. 28. T. 2. th. 13. 14. & 15.* licet exſectus utero fuerit ſit *l. 141. ff. de V.S. l. 1. §. 5. ff. ad SCt. Tertyll. l. 1. §. 9. ff. Unde Cogn. l. 2. ff. de Mort. infer.* conf. Gœdd. *in Comm. ad l. 132. §. 1. de V. S.* aut mutilum animal fuerit, cum ſpiritu tamen *l. 12. §. 1. ff. de Lib. & Poſth.* non vero monſtroſum conf. Zœſ. *d. t. n. 52.* licet ſtatim in manibus obſtetricum deceſſerit, & vox ejus non fuerit audita, modo vita ex aliis ſignis deprehendatur *l. 2. & 3. C. de Poſtum. hered. Inſt.* Richt. *de Succeſſ. ab inteſt. Sect. 1. Memb. 1. n. 9. ſeqq.* Quæ adeo vera ſunt, ut tali caſu nec virtute Clauſulæ codicillaris ſuſtineri poſſit teſtamentum ſecundum Dn. Carpz. *P. 3. c. 9. D. 12.* quē in reſpondendo aliquãdo ſecuta facultas noſtra Juridica teſte Dn. Brun. *in Comm. ad l. 13. ff. de inoff. teſtam. n. 5.* licet contrarium juri ſcripto convenientius putet Idem B. Dn. Brun. *in Comm. ad Avth. Non licet. C. de Lib. Præter n. 20. & 21. & in Cent. 5. Dec. 26.* conf. Kôppen. *Uſ. Pract. L. 1. O. 113. per tot.* quod tamen non omni plane carere dubio videtur. Cautelæ loco E. eſſe poſſet, ut ſi quis integræ forte adhuc valetudinis teſtamentum condere velit; hunc in modum inſtitutionem formaret; daß Er ſeine itziger Zeit verhandene Kinder / und ſo noch ins künfftige erfolgen möchten / hiemit zu ſeinen rechten wahren Erben einſetze Mulier autem ſi mortuum pepererit; licet juſto tempore; peperiſſe tamen non dicenda eſt, ſed abortum feciſſe aut ejeciſſe Zach. *l. 2. Qv. Medico Legal. 10. n. 15. usq; ad fin.* Arniſ. *de Part. Hum. legit. term. Diſp. 1. θ. 29.* Paria namq; ſunt haut naſci, vel ita editum fuiſſe partum, ut vivere non poſſit *l. ult. in fin. C. de Inſt. & Subſt.* conf. Dn. Brun. *ad l. 17. ff. ad SCt. Trebell.*

XXX. Parentibus vero licet bona liberorum non ita addicat natura, uti liberis bona parentum: turbatô tamen mortalitatis ordine, pie etiam iis relinquuntur *l. 15. ff. eod.* nam licet parentes non præciſe & neceſſario â liberis ſint heredes inſtituendi